STVDIOSO
S.

OPVS præſens lectoribus: Concertatoribus: Concionatoribus: Phyloſopis, omnibusque commodum ac per utile erit. Lectoribus erit commodum propter ordinem: Concertatoribus, propter dilucidationem: Concionatoribus, propter ſecuritatem: Phyloſophis propter cauſam: omnibus, propter ſalutem. Ordo, intellectum quieſcit: Dilucidatio, mentem illuſtrat: Securitas iuditium firmat: Cauſa, Animam excitat: Et ſalus, ſpiritum Beatificat. Lege igitur. Perpende, & fuge.

Lege librum,	In lectura acquires,
Perpende laborem, &	In perpenſione deguſtabis, &
Fuge detractionem.	In fuga laudaberis.

In Lectura videbis quod fuit: Quod eſt. & quod erit in omnibus ſtudioſis. In perpenſione inſpicies quod non fuit: Quod eſt: & quod imitari debet in ſcriptoribus. Et in fuga iudicabis quod fuit: Quod eſt: & quot eſſe non debet. Vale, in valore, valoris: Ad valorem: valoris. Capit candore ornatus.